

Antwoord op Worp, *Briefwisseling*, 1400.

**o:** Den Haag, KB, ms. 133 B 8, nr. 64; **d:** Worp, *Briefwisseling*, 1410.

V[iro] N[obilissimo] D[omi]no Constantino Huijgens S[alutem] P[lurimam] D[icit] Anna Maria a Schurman.

Quamquam ob eminentiam virtutum tuarum, sive publici quod sustines muneris dignitatem ab omnibus officia exspectare iure debeas, Vir Amplissime, mavis tamen benefaciendo aliis quam tibi debita accipiendo magnus haberi. Atqui ut tantum aes alienum conflandi author ego sim, praesertim cump solvendo non sim, haud facile concesserim. Petieram quidem a fratre meo cum Hagam esset profecturus, ut te cum tua familia meis verbis quam studiosissime salutaret; attamen non fuit animus te his ludicris, quae otio gaudentes saltem curant implicare, negotiis nimirum gravissimis assiduo occupatum. In eo tamen, quod cum artes omnes, tum et pingendi peritia te penes suum habeant domicilium atque adeo a te quoque earum auxilia esse petenda, fratrem non utique fefellit opinio. Utcunque vero res excidit, non ignoro tibi totum deberi, quod, siquid in nobis requiri poterat, urbanitate suppleveris. Porro laudes quas in me confers *ὑπερβολάδην* admittere, neque ex animi sententia, neque satis verecunde possim. Nec tamen inficias ibi, iucundum mihi fuisse laudari a viro non tantum summe laudato, sed et laudari ante alios dignissimo. Quanti vero tua semper fecerim, quam nihil tritum aut vulgare sonet quidquid a te proficiscitur, non hic conabor referre, quippe virgini magis decorum esse duxerim ista silendo mirari, quam memorando aliis admirationem excitare. Denique carmen meum, populari inquam idiomate conscriptum, quam multis nominibus tibi sit obstrictum, quod censorem tam benignum egeris, plus satis agnosco et, licet in extenuationem culpaе, quod scilicet invitis, ut aiunt, gratis frustra litarim, non pauca afferre queam; acquiesco tamen, quia tibi non displicuisse, satis amplum mihi theatrum est. Scimus enim quid hac in parte olim praestiteris, quam longe supra vulgus poetarum caput extuleris, velut

*altus Olympi*

*vertex qui spatio ventis nubesque reliquit.*

Quocirca in ea, quam inter nos instituis, comparatione a te haud leviter dissideo. Vale, virorum humanissime, et aethereo quemadmodum coepisti amore ut prosequaris virtutum tuarum peramantem valde exopto. Ultraiecti, 1636, Iul[ii] 23a.

Citius quidem ad binas tuas respondiſsem, niſi parentis valetudo afflictiſſima me † ab officiis† retinuiſſet

[Adres:] A Mons[ieu]r, Monsieur de Zuylichem demeurant a la Haye.

1-2 V[iro] ... Schurman: *om.* d 6 quidem: enim d 7 meis verbis: *supra lin.* m 20 acquiſco d 27 23a: XXIII d 28-29 ab officio d 30 A ... Haye: *om.* d

Anna Maria van Schurman groet de Heer Constantijn Huygens allerhartelijkst.

Gezien uw hoogstaande levensſtijl of de waardigheid van het openbaar ambt dat u bekleedt, mag u terecht, Hoogedele Heer, verwachten dat iedereen zich verplicht voelt aan u. Toch verkiest u een reputatie op te bouwen door uw inzet voor anderen, liever dan te ontvangen wat men u verſchuldigd is. Welnu, ik zal niet licht toegeven dat ik het initiatief neem om een dergelijke ſchuld op te bouwen, zeker omdat ik niet in ſtaat ben haar in te loſſen. Ik had inderdaad aan mijn broer, toen die op het punt ſtond naar Den Haag te vertrekken, gevraagd om u en uw gezin in mijn woorden de hartelijkſte groeten over te brengen. Nochtans lag het helemaal niet in mijn bedoeling op u beſlag te leggen met deze ſimpele verſjes, het product van menſen die niets beters om handen hebben. U hebt ongetwijfeld voortdurend de ernſtigſte zorgen aan uw hoofd. In dit opzicht heeft mijn broer zich echter helemaal niet vergiſt: dat namelijk alle kunſten, en zeker de ſchilderkunſt, bij u hun thuishaven vinden en dus ook van u hulp en ſteun mogen verwachten. Hoezeer ook de feiten de waarheid overtreffen, ik beſef heel goed dat wat men ook van mij mag verwachten, helemaal aan u te danken is omdat uw intereſſe voor cultuur het heeft mogelijk gemaakt. Het is me dus onmogelijk om noch in gedachten, noch in beſcheidenheid in te ſtemmen met de lof die u me *met overdrijving* toezwaait. Toch zal ik die waardering niet zomaar naast me neerleggen: het deed me veel genoeg te worden geprezen door een man die niet alleen wordt opgehemeld, maar die lof meer dan wie ook verdient. Hoezeer ik wat u doet altijd op prijs heb geſteld, hoezeer u in wat van uw hand komt, nooit platgetreden paden bewandelt of gemeenplaatsen hanteert, zal ik hier niet proberen duidelijk te maken. Ik vind het voor een vrouw namelijk een grotere deugd die bewondering in ſtilte te koesteren dan andermans verbazing op te wekken door ze onder woorden te brengen. Ten ſlotte, wat mijn gedicht betreft – ik bedoel mijn verzen in de volkſtaal<sup>1</sup> – erken ik volop hoezeer dat om allerlei redenen van u afhankelijk is, u die zich zo'n welwillende criticus hebt getoond en ook – laat ik mijn ſchuld aan u wat verminderen –

---

<sup>1</sup> Cf. n. 103.

dat ik ondanks mijn worsteling met een onwillige Muze, zoals men zegt,<sup>2</sup> er toch nog behoorlijk wat van terecht heb gebracht. Toch geeft het me voldoening, omdat het u niet onaangenaam was: dat publiek is me ruimschoots genoeg. We weten immers wat u op dit terrein ooit hebt gepresteerd, u die uw hoofd zozeer hebt verheven boven de dichterschare, als

de hoge top van de Olympus

die winden en wolken ver onder zich heeft gelaten.<sup>3</sup>

Daarom ben ik het volledig oneens met u over de vergelijking die u tussen ons hebt getrokken. Het beste, allerbeminnelijkste man, en ik wens van ganser harte dat u voor de bewonderaarster van uw kwaliteiten de hemelse genegenheid blijft koesteren, die u hebt opgevat. Utrecht, 23 juli 1636.

Ik had uw twee brieven sneller beantwoord, indien de ernstige ziekte van mijn moeder me niet had belet te schrijven.<sup>4</sup>

[*Adres:*] Aan de Heer van Zuilichem, verblijvend in Den Haag.

---

<sup>2</sup> Van Schurman gebruikt hier een variant op ‘*invita Minerva*’, dat later voorkomt, cf. brief 4718 (ed. Worp)..

<sup>3</sup> Citaat van Claudianus, *Panegyriek voor consul Manlius Theodorus*, 206-207.

<sup>4</sup> Van Schurman was in 1607 te Keulen geboren als dochter van Frederik van Schurman (Antwerpen, 1565), en Eva van Harf, die in 1602 waren getrouwd. Haar vader was reeds in 1623 te Franeker overleden, haar moeder overleefde hem nog veertien jaar.